

---

## Prolegomena.

*De religione naturali et revelata,  
huiusque fontibus, et discendae  
docendaeque modo.*

### I.

*Religio*, quae Dei cognitione et cultu pio continetur, maximum hominis decus, eidemque ad vitam bene beateque degendam inprimis necessaria et utilissima, *naturalis* dicitur, quatenus meditando de natura rerum ad eam pervenire licet; quatenus autem ex litteris sacris discitur, *revelata* vocatur, id est ea, cujus beneficium haud sine singulari procuratione Dei hominibus contigerit.

### II.

Natura rerum contemplanda ducimur ad cognitionem Dei meditando, partim de rationis principiis, (*apriori*),

A